

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**NVPTIIS || NATHANIS || CHYTRAEI MENCINGII,|| ET GERTRVDIS PRENGE=||RIAE  
VIRGINIS RO=||STOCHIENSIS.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1568

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn104186275X>

Druck    Freier  Zugang



In nuptias  
Nathanis Chytraei  
et  
Gertrudae Prengeriae.

Rostoch, 1568,

SON Cq - 1538





NVPTIIS  
NATHANIS  
CHYTRÆI MENCINGII,  
ET GERTRUDIS PRENGE-  
RIÆ VIRGINIS RO-  
STOCHIENSIS.

ALTBURGÆ HENRICI  
ROTHENBERGI

ROSTOCHII

STEPHANVS MYLIANDER  
EXCVDEBAT.

---

1568.

Chytræus  
104186275X

VERBA CANTILENAE EV.  
CHARII HOFMANNI  
MVSICI.

Argentum à patribus fuluumq; relinquitur aurum,  
Sed datur à solo commoda sponsa Deo.  
Sic Chytræ tibi Gertrudis amabilis uxor  
Iungitur, & stabilem spöndet amata fidem.  
Viuit felices, una duo corpora mente,  
Vestra liget sacro flamine corda Deus.

ALTERIVS, HENRICI  
ROLICHII.

En Chytræ tibi tua lux & sola uoluptas  
Auræ Gertrudis consocianda uenit.  
Quæ tecum multos feliciter exigat annos,  
Intima pars animæ præsidiumq; tue.  
Nulla dies unquam uestrros perturbet amores,  
Exuperet seros uiuidus ille rogo.



2000. 589

# EPITHALA- MION.

**E**xpectata diu tandem tibi Sponse, tu&eq;  
Lux oritur, quae uos æterno fœdere iunctos  
Ducat in optati genialia fœdera lecti.  
Sit felix & fausta tibi Chytræe, tu&eq;  
Andreae sacrata dies, signanda lapillo  
Candidulo, uestros quia primò cœpit amores.  
At uos ô Charites, atq; optima numina Musæ,  
Laurea serta comis imponite, iungite dextras,  
Et Phœbo præcunte sacras iterate choreas,  
Et pariter lætis noua carmina dicite linguis.  
Hic ille est iuuenis, non uestro indignus amore,  
Hic ille à teneris uobis bene cognitus annis,  
Nec uestris indigna choris quandoq; locutus.

Hæc ego: mox illæ. nobis an cognitus ille  
Non foret, illiusq; domus? quin nouimus ipsum  
Et patriam, fratresq; duos, carumq; parentem,  
Hisq; fuit longo nobis nil carius ævo.  
Est regio non ampla quidem, contermina Rhenœ  
Et Nicro, ueteri Graiorum nomine gaudens,  
Vitreus exiguo Græcus quam diuidit amne.  
Illa Chytræorum patria est, Meningia colles  
Hic ubi uitiferos, & pingues aspicit agros.

A 2

Non

Non procul à patria diuīq; Melanthonis urbe.  
Illorum pater, hic sacro, Matthaeus, ouili  
Præfuit, instillans populo pietatis amorem,  
Augusta grauitate senex, annisq; uerendus.  
Fortunate parens, tu tres post funera natos  
Liquisti, nobis caros, nostreq; cohorti,  
Quod raro aut nunquam nostro cui contigit æuo.  
Nam tuus hic David gelidam semotus ad Arcton,  
Quicquid Socratis latuit quandoq; libellis,  
Quidquid in historijs sacris pariterq; prophanis  
Insigne est, didicit, perfectum & callet ad unguem.  
Quin alijs has pandit opes. nunc Maximus illum  
Cæsar, & Austriaci proceres, ad nobile ueræ  
Religionis opus, formandaq; sacra uocarunt:  
Dux illi, fidusq; comes Deus optimus adsit,  
Ex animi ut uotis commissa negocia tractet,  
Saluus & ad solitas redeat feliciter oras.  
Filius hic primus. minimum cui iungere natu  
Iam libet, is patro Matthæi nomine notus,  
In patria manet, & docilem cum laude iuuentam,  
Hic ubi sunt clarae Charitini Principis arces  
Erudit, ingenio prestans, fandiq; lepore.  
Sed redeo ad sponsam, patri qui filius alter  
Inter utrumq; fuit medius cui, nomina Nathan  
Psalmographi uates regis dedit, optimus idem  
Præceptor, custosq; olim Salomonis amicus.

sponsæ

Sponse decus Phœbi, blando te lumine natum  
Melpomene uidit, placidus tibi risit Apollo,  
Duximus ad cunas Charites, Musæq; choreas.  
Hinc sine labore puer florentes parvulus annos  
Duxisti in patria: celebrem mox missus ad urbem  
Sturmius eloquij celebrem quam reddidit arte,  
Cœpisti Latie, Græcæq; exordia linguae  
Discere, tam magni non pars postrema Lycei.  
Illinc Varnouij claram traduclus ad urbem,  
Castalios propius cœpisti accedere fontes,  
Et puer ingenuas didicisti sedulus artes.  
Quim sœpe ad uirides cum carmen amabile ripas  
Cantares, hac Varnouius te uoce secutus,  
Cresce puer dixit, per te mea gloria quondam  
Crescat, & Aonios flumen spirabit odores.  
Quin idem tibi Varnouius de germine myrti  
Imposuit fertum, primi gestamen honoris.  
Inde sacros Sophiæ titulos, & iura decendi  
Attribuit, cathedrasq; scholæ te scandere iussit.  
Illic tu ueterum præclara poëmata uatum  
Enarrare alijs magna cum laude solebas.  
Nec contentus eo, peregrinas uisere gentes  
Cura tibi generosa fuit, te Dania, culti  
Te Bataui, Belgeq; simul, fortesq; Britanni,  
Te Soma, te Scaldis, te sacra Lutetia Musis,  
Et pater Oceanus uidit: te Sequana, quando

A 3

Ad

Ad Tamesin uectum sumosa per aquora misit.  
Insuper aereis minitantes nubibus Alpes,  
Concretisq; niues superasti in montibus illis,  
Italie, & ueteris cupiens uestigia Romae  
Visere, Parthenopenq; sacri monumenta Maronis.  
Ergo tibi regna maris, pulcherrima rerum  
Vrbs Venetum uisa est, sunt uise Antenoris arces,  
Pausilypiq; iugum, Sarnusq; & celsa Vesuvii  
Culmina, Baianusq; sinus, coniunctus auerno,  
Multaq; Campanis circum miracula terris,  
Commemorata tuo quæ sunt quandoq; libello.  
Quim etiam uarios populorum discere mores  
Et linguas tibi cura fuit. Quare omine dextro  
Nunc reducem Rosei te pulpita culta Lycae  
Obseruant, ubi tu nostros studiosus alumnos  
Informas, monstrasq; uiam, dux præuius ipse,  
Que bene Castalias illos perducat ad undas.  
Sit certare mero, sit pocula uertere, uersus  
Eructare rudes, alijs, suprema uoluptas:  
Dum tibi sobrietas placeat, quæ maxima laus est,  
Quia sine Pegaseas nemo sibi somniet undas.  
Deformare bonos, alijs, & ledere uersu  
Sit labor: ingenui dum tu cum laude pudoris  
Grata Deo, sanctisq; canas encomia rebus.  
Perpetuo fœdos alij sellentur amores:  
Tu tibi legitimi sociatam fœdere lecti

Dilige

Dilige Gertrudin : nostri contentus amore  
Hactenus, & castis im Musas ignibus ardens.  
Quos tibi non unde, non ulla extinxerit ætas.

Nec quod Gertrudin post hac constanter amabis,  
Propterea nos desertas spretasq; relinques,  
Ex te quin plures nobis speramus alumnos,  
Qui uiuant, nostrumq; ferant super æthera nomen.

At tu sponsa decens, tali iungenda marito,  
Optima Gertrudis, lœto tua gaudia uultu  
Affice, dilectumq; tibi uenerare Chytreum.  
Ille quidem nos ardenti complexus amore  
Iam dudum reuerenter amat, quin semper amabit  
Postmodo, sed uestros non hoc turbabit amores.  
Quin tuus & noster simul est. quid lumina torques,  
Insidiiasq; strui tacito tibi pectore credis?  
Non struimus : sed sollicitos partimur amores.  
Non amor est similis nostro tuus : illius ergo  
Mens, animus, corpus tua sint : solummodo mentis  
Concedas aciem nobis, acrisq; uigorem  
Ingenij, multos studijs quo seruiat annos.  
Fallor an hoc Musis concedes lœta, tuoq;  
Chytreo, qui te solam suspirat & ardet.  
Sic tamen ut nostri non extinguantur amores.  
Quin concessisti dudum. Salve optima, salve  
Gertrudis, patre præstanti prognata, pioq;  
Prengero, cui tranquillam sub mole quitem

A 4

Optas

Optamus, quia nos olim dilexit, & inter  
Te reliquias etiam genuit quandoq; puellas,  
Quæ nostri fieres carissima sponsa Chytræi.  
Qui uelut Aonij lux est & gloria fontis:  
Sic tu præ reliquis lucea formosa puellis,  
Ingenio Phœbe, Venus ore, manuq; Minerua,  
Intuituq; Charis, sincero Vesta pudore.  
Te circum placido generosa modestia uultu,  
Et morum probitas incedit & aurea uirtus:  
Et que uirtutes in se complectitur omnes  
Vera animi pietas. Gertrudis eburnea salue,  
Clara bonis animi, & forma, uultuq; uenustio.  
Tu longe ante alias felicior una puellas,  
Vsq; adeò ueteres laudant quas carmine uates.  
Cynthia blanda tace, uultumq; absconde Neera,  
Non ita perpetuus uestris uos uatibus ardor  
Iunxerat, in tenues qui sæpe euanuit auras,  
Suspitione aliqua uel semine litis oborto.  
En alio tibi iungetur Chytræus amore,  
Sincero magis & seros qui duret in annos.  
Scilicet ipse faces & uestros uentilat ignes  
Spiritus, ætherei procedens corde parentis,  
Ecquod amabilius uinculum est aut firmius illo?  
Hoc uos unanimes, & dulci fœdere iuncti  
Serpente in amplexus, certantia figite labris  
Bæsia, sit uobis eadem mens, una uoluntas:

Sit fine

Sit sine lite torus, uultus tibi coniugis instar  
Sit speculi: si laetus eris, letetur et ipsa:  
Si modestus: sit modesta simul Chytræc, tibiq;  
Consors in multos uiuat feliciter annos,  
Sæpe futura parens generosæ sedula prolis.

Hec Charites Musæq; simul tibi response tuæq;  
Unanimi cecinere sono: tibi mittimus illa,  
Tu cape pacato que mittimus omnia uultu.

Ci. V. Nathani Chytræo, Academæ Rostochiensis professori, præceptori carissimo F.

Georgius Smiterlouius  
Sundensis.

### I ΩΑΝΗΣ ΚΑΣΗΛΙΟΣ

Ναθᾶνι χυτού:

X ἐπέ μοι ὡς ναθᾶμ. χείρῳ δέ τε ίψι πελευω;  
Οἰδας μαλ' εὖ χείρῳ γε νενιέωμ μεγ' αἴσιομ,  
Νυμφόν, ὀδειγή νέμοσις, μάσταν τε γαμβοῦτας,  
Μάσηρ τῇ δεκάτῃ: δεκάτῃ οἱ ἐπ' ψύνεα μάσται.  
Εννέα γάρ πάλαι ἄταρ αἴρχις: ὀδειγής ἀλλιγ.  
Ταῖς δεκάτῃ μετέπεστα νέη τις ψύνειθαιδη,  
Εὐ ἀδηγα λίρας φεγοντούρποντι πότνιας θεπφῶ.  
Τις ἡ φθονοίνδι, ἐτόρης πελυχηπότι μάσται  
Σοὶ δεκάτης. ιψι γρῦ σὺ ἔχεις τὸ πρίμη ψύνεα πάταξ,

A 5

Η σέγη

Η σέγ' ἔχοστι πασίγνηται, διὸς ἐκγεγαῖσε.  
Μᾶσαι ιοσέφανοι, μεγαλώνυμοι, ἀπόσθωσοι.  
Αὗται μὲν γέροντες ἴστραρι ἐλικενίδα τάνγλια,  
Διψάντος ἀμβροσίας προπιθεῖστος ἄλλες ὑδάτες, ἥγονοι:  
Σ' ἥγονοι παταλαίως ἀπαλοῦ ἀπέρ πατελός δὲ ἕβες,  
Εξ ἕβεως εἰς ἄνθροε, χ' ὅστε νῦν ἀμμοῖ πέθηλας,  
Ἐδλός ἀνήρ, ἐδλός γύναιοις ἐδλός ἀοιδός  
Αἴδης ἐν νῦν σε φιλούσῃ, καὶ σ' πῆλε σῆσο λάθουν.  
Μηδὲ σὺ τῷδε λάθε μετέπειτα, ἀλλιασθεὶς δρασίς:  
Ηὑρίσκεις φιλέας, λανουσι σε φιλῆσαι ἄνωγαρ,  
Μᾶσαι τριπανοτάτοι, πολὺ δι' θυμηρέα μδστη.  
Πρὸς δὲ νῦν ἀέισο; Φίλε νυμφίε: πῶς δὲ σ' ἀέισο,  
Δωτίνης σὺ μὲν ἐ: δραῖώ δέ αὐτὸντι ἐκένυ.  
Οὐνειρού θεός μεγάλη σε γραίρει.  
Δός σ' δραῖται δραῖώ, ηγε μέσην διώνυμορ αὖτη  
Ηὑρίσκεις μασθόμηνται σοι ἔμμενον ἐφιδά.  
Δωτίνης δραῖται δραῖται, δραῖώ δωτίνης.  
Δωτίνης δίδυται δραῖώ, δραῖοι δωτίνης.  
Ος δέθι ὑμᾶς συζητέγει ἀμέτητος ἐπειλέσεις  
Τάλλα, ἔνηφρυίλια, μακρόν τοι αἰδνα, οὐδὲντοι  
Θεατρούίλια σωτεραρι, διμοφροσύνης δραῖταινια,  
Τιώδε πότιο, ηγε ματενίλια: οὐδὲντοι δραῖοι  
Παγκαθαρῆσθε σφῆς ἀγνοὶ διμόζυγος ἡμένται.

NATHAN

NATHAN CHYTRÆVS  
IOANNI CASELIO  
V. CL. S.

Sunt iucunda mihi tua carmina, docte Caseli,  
Carmina de thalami fœdere scripta mei.  
Quæ dum forte lego tacitus, mirabile quiddam  
Accidit, id necum si tibi scire libet.  
Scilicet ante meos Erato pulcherrima uultus  
Astitit, à dextra conspicienda manu.  
Astitit et placido Gertrudis amabilis ore.  
Illa decus thalami sponsa futura mei.  
Ut uidi obstupui, uix et discernere formas  
Tunc potui: facies par in utraq; fuit.  
Utraq; formosa est, et amabilis utraq; uultus,  
Utraq; in amplexus iuit amata meos.  
Utraq; dulce canit, micat utraq; fronte serena,  
Purpureusq; genas uestit utriq; pudor.  
Altera blanditur, blanditur et altera nobis,  
Hæc mihi tu meus es, tu meus illa refert.  
Hæc tua sum dicit, tua sum mox subiicit illa,  
Hæc sit an illa prior non ego scire queo.  
Quid facerem s' neutram fas est contemnere, dixi,  
Utraq; iudicio digna fauore meo est.  
Blandior hac illa est, hæc est quoq; blandior illa,  
Quin satis hæc nobis et satis illa placet.

Quod

Quod si igitur possem tantas componere lites,  
Exemploq; nouo solus amare duas,  
Quid factō melius? tentabimus ergo puellas,  
Inter se placidē conciliare duas.  
Nec mora. blandiloquo, sic illas alloquor ore,  
Auribus hæ faciles omnia uerba notant.  
O mihi dilectæ, semper mea cura, pueræ,  
Cordaq; plus oculis semper amata meis.  
Blanda Erato, nostriq; decus Gertrudis amoris,  
An ego uos unquam deseruisse queam?  
Non quoco, sint procul à nobis tam ferrea corda,  
Ingenuas colimus qui sine fraude deas.  
Que prior es, teneris Erato me semper ab annis  
Fouisti, in curas officiosa meas.  
Tu mihi Pierij monstrasti culmina montis,  
Culmina difficulti uix adeunda pede.  
Totiusq; meæ, si sint modo, commoda uitæ,  
Accepta officijs sunt referenda tuis.  
Ergo tibi grates studioso pectore dico,  
Meq; tuis totum dono dicoq; sacris.  
Nec tamen idecirco Gertrudin desero sponsam,  
Que pars est thalami gratia futura mei.  
Hanc ego præ cunctis unam solamq; puellis  
Plus etiam credi quam mihi possit, amo.  
Non tamen inde tuo quidquam decedet amori,  
Tu sponsa ingenio grata futura meo es.

Gertrud

Gertrudi quoq; grata meæ : non inuidet illa  
Hoc tibi, quin etiam te reuerenter amet.  
Hanc tu si redames, nihil est quod postmodo rixas,  
Aut metuam domui iurgia crebra meæ.  
Sunt uobis similes formoso in corpore mores,  
Est eadem fæcies, est quoq; nomen idem,  
Cur quoq; non eadem sit mens, eademq; uoluntas.  
Quas faciunt mores, nomen & ora pares.  
Non dum finieram, leto blandissima uultu,  
Alteram in alterius brachia quando ruit.  
Et cito coniunctis, leui cum murmure, dextris.  
Perpetue spondent sœdus amicitie.  
Has ego, speratis utriusq; amplexibus herens,  
Laudo, meam rursus polliceorq; fidem.  
Pacta mihi, geminisq; placent utring; puellis,  
Sic ego confortris semper habebo duas.  
Dic mihi, præcipuos inter memorande Caseli,  
Ut mea facta probes, iudiciumq;. Vale.

Απόκεισις ιαστηλίσ τρόσ νυμφών.

Πάντα μάλ' εῦ σοι ἔχει, οὐ καλῶς, νυμφές ναθάνει,  
Εὖ γε προκενσαι σᾶς φρεσίμ: εὖ γε ἔμφαφες.  
Εὖ γε δέλδζει: εὖ γε δράσ. εὖ γε αὔτα τραέξεις  
Μηκέτι δίσκης, πάντα μάλ' εὖ σοι ἔχει.

NATHAS

NATHANI CHYTRÆO

Præceptoris suo, Sponso:  
Nicolaus Mollerius.

**E**κεῖ δὲ γάμος: γάμος ἵνα δέδει: οὐδὲ γάμος  
Θυλέφυστος τὰ δίγωνα γάμοις διέταξε Βροτοῖσι.  
Εὔσεβεστιν τέ Βροτοῖς τοῖς γάμοις αἰσχύνεται.  
Καὶ τε χρεώπι γρόβοις γάμοις ἔνι τόνδε λίταστο  
Ανθρώπος τοῦ οὐδὲ γυναικὸς ἀμωμήτοισι πελεῖα,  
Τιμᾶται τε, λόγοις Τε, Καὶ δργοῖς θυσεβέεστοι, (ΦΗΣ  
Εὔσεβεις μὲν ἀρέτης εὐφυΐα σῆμα φίλε τυμφίε νύμα.  
Τιλιού γαμέτες νῦν πρεθεντικὴν πειθαρέαντες Καὶ ἀγνῶτες,  
Η αρετὴν τοιην πειθαρέαντες πεάντα:  
Σοὶ τοῦ οἴκου τορπνός πολυδάσιδαλοις ισόμηνοις  
Εἴδες ἔχοντα θεᾶς, οὐ ἐνί φρεσοῖς ἐπίρρασην οὐδέ.  
Σοὶ Τε θεός νύμφη τε τεῦθνοιαν ὄπασσοι,  
Δοῖγ θοῦ δοσαὶ τεῦθνοις ἐνὶ φρεσοῖς ἐδλάχ μηνονάς  
Ολετοῖς ἄλιτοι, Καὶ δοσαὶ χρεώπι γάμοις ιδεῖται Λεστοῖς,  
Ζωτικούς μακρόβιοις, οὐδὲ θυτεντικὴν δραστεντικὴν,  
Ανθετοῖς τοῦ αρετῆς οὐδὲ ποιότων πανδοκεῖται.

PRO FELICI CONIVGIO  
SPONSVS.

**S**icut pars rerum, fœderataq; libidinis ultor  
Maxime, qui castus non nisi casta probas.

QVI

Qui sanctas thalami leges & foedera, primus  
Sanxit in prima conditio Deus.  
Qui te sincera pietate colentibus, ipse  
Pronubis, uxores conciliare soles.  
Illi rurique suis sic iungere corda maritis,  
Vna duos ut mens copulet, una fides.  
En ego te iuuenis florentibus integer annis  
Inuoco, tu nostras suscipe queso preces.  
Sunt tibi nota mea uestigia lubrica uitae,  
Est notum infirme debile carnis opus.  
Da mihi confortem uitae pater optime talem,  
Cum qua maiori te pietate colam.  
Cum qua concepsae degam sic tempora uitae,  
Ut placeant oculis omnia nostra tuis.  
Sed bona coelesti contingit munere coniux,  
Et datur aeterno non nisi dante Deo.  
O fortunatum tali qui munere diues,  
Transigit innocuos letus ouansque dies.  
Infortunatum cui contigit improba coniux,  
Mon dolor inferni durior esse potest.  
Ergo parens imos penetrans in pectore sensus,  
O Deus, in toto quem latet orbe nihil.  
Tu mihi prouideas, talem mihi delige sponsam,  
Quae primo uera te pietate colat.  
Non ego zelotypus si te plus diligit illa,  
Non amor hoc nobis gravior ullus erit.

Si te

Si te semper amet, non oderit illa maritum,  
Hic amor est uitæ fons & origo p.i.e.  
Virtutes ex hoc reliquæ longo agmine surgunt,  
Est quibus unanimi cara puella uiro.  
Hinc pudor, & sincera fides, hinc uincula pacis,  
Hinc uenient licito gaudia mille toro.  
Sed non fortuitò cuiuis ea contigit uxor,  
Et ualeat hic hominis prouida cura parum.  
Castarum labor iste precum, summiq; Tonantis  
Hic primum bonitas occupat alma locum.  
Sepe aliquis proprijs multos questuit in annos  
Viribus uxorem quam putet esse probam.  
Illa sed æterni cruciatus causa marito  
Exitit, & domibus sepe ruina fuit.  
At quanto melius nato ducturus herili  
Isaaco sponsam talia seruus agit,  
Auspicium à domino felix dum poscit, & illi  
Impetrat amplexus pulera Rebecca tuos.  
Cuius ad exemplum supplex tua numina posco,  
Porridge tu faciles in mea uota manus.  
Solus amicorum dubias tu dirige mentes,  
Tu monstra rectum quo gradiantur iter.  
Tu rege dilectam, quecunq; sit illa, puellam,  
Nostraq; sidereo flamine corda liga.  
Unanimi sic uoce tibi cum coniuge grates,  
Totius hic uitæ tempore letis agam.

F I N I S.

BR  
Mull. 162.88









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn104186275X/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn104186275X/phys_0024)

**E**κεῖος  
 Θυνθεφυσος τον  
 Εύσεβεοςιν τον  
 Καὶ τε χρι  
 Ανθρώπος τον  
 Τιμάδης τε,  
 Εύστοιχομορφο  
 Τῶν γαμέτων  
 Η ασθετική τω  
 Σοὶ τον οἰκου  
 Εἴδος ἔχοντος  
 Σοὶ Τε θεός ν  
 Δοιγ θεού σοι  
 Ολβιας ἄλις,  
 Ζωὴν μακρότ  
 Ανθεντας τον

**S**ante par  
 Maximus

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
 10 09 03 02 01 C7 B7  
 05 15000  
 05 Rostock

HYTRÆO

, Sponso:  
 Hollerus.

τος ἐκ διὸς δῖ: οὐδὲ γενε  
 τος θέταξε βροτοῖσι.  
 γέ γάκω αὔρη αρίγα.  
 εὐνι τόνδε λιπάσιμ  
 φωμίτοισι παλαιάδη,  
 γοις θυνθεφυσοις, (φησ  
 σης φίλε τυμφίε νύκ  
 παθαρέαντες οἱ ἀγνοι,  
 θράγυματα πάντα:  
 δασίδαλον ισόρη υφαίνη  
 ος ἐπίρραλον ἥβη.  
 γνοιαρη ὄπασισι,  
 σοις ἐδλά μηνονάς  
 εγ γνθάδε λαθσιρ,  
 ενίλια σφατενί,  
 λωρ πάνδας ιδοιδη

ONIVGIO

V.S.

q; libidinis ultor  
 nisi casta probas.

Qvi



Patch Reference Chart TE263 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263